



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 80. Condæus Princeps suam defensionem admitti postulans,
obtinensque.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

„contra Regni leges administrationem
 „publicam usurpantes arma sumpsi, si Sæcul, XVI.
A.C. 1560.
 „hoc Majestatis crimen est, eos primo Re-
 „ges renuntiari oportuit; quod ne illi olim
 „affectent, videant, qui post me erunt;
 „nam me hac formidine mors propin-
 „qua, & melioris vitæ cogitatio sol-
 „vit. „ His dictis cervicem securi sub-
 jecit: demum post ejus mortem reper-
 tus est libellus in caligis occultatus,
 quo insidiarum in Guisianos structarum
 ordo continebatur, addita protestatio-
 ne, qua conjurati nomen Regis sibi sa-
 crosanctum fore pollicebantur. Eodem
 die ex conjuratis ferme ducenti, aut su-
 spensi, aut submersi, vel propter re-
 bellionem capite plexi numerabantur.

§, LXXX.

*Condæus Princeps suam defensionem
 admitti postulans, obtinensque.*

Quoniam deferente Bigna Condæ-
 us Princeps de seditione admo-
 dum suspectus esset, atque ipsemet Rex
 illum conjurationis caput esse expro-
 braret, eique conceptæ suspicionis in-
 ditia aperiret, hinc eidem Aulæ acces-
 sum inhibuit, adjecta comminatione,
 illum exemplo futurum ceteris Regii
 sanguinis Principibus, qui deinceps a
 debito erga Regem suum obsequio de-
 flecte-

*Thuan. l. c.
 Belcar. com.
 l. 28. n. 49.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1560.

flectere attentaverint: cum vero ejus crimen nondum claris comprobatum esset argumentis, sed nonnisi fatiis æquivocæ condemnatorum confessiones, suspiciones & præsumptiones adversus eum proferrentur, eique crimini daretur, quod hæreticis clam auxilia tulisset, hinc petiit, ut innocentiam suam coram Rege in pleno confesso vindicare posset, præcipue, cum in ejus domo, cujus omnes angulos Nicolaus Bichanto Bellovacensis jussu Regis lustraverat, nihil suspectum reperisset. Cum ergo Condæus sese defendere permetteretur, præsentem Rege, Regina, Guisii Principibus, ac exterorum Principum Legatis cum ingenti eloquentia, atque audacia sese purgabat subjungens: si quis existit, qui urbium fidem a me sollicitatam, Gallos in Regis perniciem corruptos, aut me conjurationis auctorem argueret, paratus sum innocentiam meam armis, deposita omni dignitatis prærogativa, tueri, etiam si adversarius infimæ conditionis homo esset.loquentis adhuc verba excipit Guisius Dux, remque dissimulandam ratus exclamat, evidens esse, quod Condæus immerito falsi criminis infamia traduceretur, se quoque paratum, cum illis accusatoribus pro ejus innocentia certamen

tamen inire, Cum autem nemo Con-
 dæum Principem accusare auderet, hic
 Regem summa, qua potuit, submissio-
 ne rogabat, ne imposterum ejusmo-
 di calumniis aures præberet, sed ipsum
 fidelis subditi, atque obsequiosissimi ag-
 nati loco haberet.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1560.

§. LXXXI.

*Guifus Dux obliuente licet Regina,
 Condæum esse capiendum ratus.*

Nihilominus Guifus Dux sententiæ
 illorum, qui Condæum Principem
 carceri mandandum censebant, clam
 suffragabatur: hoc autem consilium mi-
 nus probabatur Reginæ, partim quod
 Guifos exinde immodica potentia ex-
 tolli vereretur, si neminem, qui sese eis
 opponere auderet, haberent, partim
 quod hac captivitate Principem ad de-
 sperationem redigi pertimesceret, unde
 majora, quam ex priori conspiratione
 mala oriri possent: quapropter Princi-
 pis nomen reticebatur in illa declaratio-
 ne, quæ in Provinciis ad omnes Sena-
 tus, nobiliora oppida, & Gubernatores
 eo fine mittebatur, ut cuncti de ingenti
 discrimine, quod Rex ex singulari Nu-
 minis beneficio eluctatus fuerat, certio-
 res fierent, ac præclara, quæ hac in
 occa-

Mezer. abre-
 ge chron. t. 5.
 p. 32.
 Tuvan. l. 25.